Tunc uero coniunx humeris abeuntis inherens.
Miscuit hec lacrimis tristia uerba meis.
Ne potes auelli simul ah simul ibimus inquid.
Te sequar & coniunx exulis exul ero.
Et mihi facta uia ē. & me capit ultima tellꝰ.
Accedam profuge sarcina parua rati.
Te iubet a patria discedēē cesaris ira.
Me pietas: pietas hec mihi cesar erit.
Talia temptabat sicut temptauerat ante.
Vixq; dedit uictas utilitate manus.
Egredior. siue illud erat sine funere ferri.
Squalidus inmissis hirta per ora comis.
Illa dolore amens tenebris narratur ab ortis.
Semianimis media procubuisse domo.
Vtq; resurrexit fedatis puluere turpi.
Crinibus. & gelida membra leuauit humo.
Se modo desertos modo cōplorasse penates.
Nomen & erepti sepe uocasse uiri.
Nec gemuisse minus quā si nate ue meū ue.
Vidisset structos corpus habere rogos.
Et uoluisse mori. moriendo ponere sensus.
Respectuq; tamen non peryisse mei.
Viuat. & absentem qm̄ sic fata tulerunt.
Viuat & auxilio subleuet usq; suo.

T Jngitur occeano custos erimantidos urse.
Equoreasq; suo sidere turbat aquas.
Nos tamen ionium non nr̄a findimus equor.
Sponte. sed audaces cogimur esse metu.
Me miserum quantis nigrescūt equora uentis.
Erutaq; eximis feruet harena uadis.
Monte nec inferior prore puppiq; recurue.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1668/0279

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG